



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Edovardvs Godsalfus Anglus Lectori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

# EDOVARDVS GODSAL-

fus Anglus Lectori.

**E**usebij de vita Constantini liber quartus à reuerendissi-  
mo domino Ioanne Christophorsono Ciceſtrenſi Episcopo  
è Græco in Latinum conuerſus, ſamulorum negligentia  
intercidit. Qui amicorum rogatu Latinitate donatus eſt à Nico-  
lao Carro Nonocaſtrenſi Anglo, Collegij (cui ſupra ſcriptus pon-  
tiffex præerat) Sodali, experientiſſimo artis medendi doctore,  
Cantabrigienſes academiæ gemma. In quo quidem vertendo  
tantum præſtitit, quantum præſtare & poteſt & ſolet is, qui  
non ita paucos annos Græcæ linguæ profeſſor fuit celeberrimus,  
& Ciceronianorū facile Princeps. Tres etiam Sozomeni libros,  
ſcilicet ſeptimum, octauum, & nonum (quibus eiſdem hiſtoria  
concluditur) Reuerendiſſimus varijs, multiplicibusque negotijs  
obrutus nequaquam attingit. Hos autem Suffridus Petrus Lea-  
uardienſis Friſius in Latinum tranſtulit: cuius induſtriam in-  
terpreti laudem, authori gloriam non exiguam conciliaturum  
eſſe ſpero. Sicubi autem oratio interpretis dicēdi genus minimè  
redolere videatur (quod fit ſæpiſſimè) ea certè eſt quorūdā eru-  
ditiſſimorum virorum: quorum mihi ab illo aſſignatorū opera  
ac diligentiâ uſus ſum, ad corrigenda abſoluendaque ea quæ  
maximis occupatiōibus præpeditis inchoata reliquerat.

Antuerpiæ ex Cœnobio B. Michaeli de-  
dicato 15. Calend. Martij Anno  
Domini 1568.